

## Esercizio 9.

(Particolarità dei sostantivi ed aggettivi)

1. *Nemo sustinēre debet onēra suis virib⁹ imparia.* — 2. *Non splendent vasa argentea in paupēre mensa agricolārum.* — 3. *Mel remedium est salutare contra ravim et tussim.* — 4. *Ante bellum Gallicum itinēra Alpium plena erant periculōrum atque fraudium.* — 5. *Vir supiens vim vi numquam repellit.* — 6. *Germani famem diu tolerare possunt, adversus sitim non eandem habent tolerantiam.* — 7. *Gratus cibus suibus sunt glandes silvestres; ovib⁹ graminā mollia.* — 8. *Gaius Marius optimatum omnium hostis et acerrimus insectātor fuit.* — 9. *Fines Haeduorum a flumine Ligēri usque ad Arārim pertinēbant (pertinēo, es = mi estendo).* — 10. *Ager Pomptīnus inter Lirim et Tibērim iacet.* — 11. *Serva, sancte Iuppiter, moenia et tecta huius urbis!* — 12. *Hercules cum bubus ex Hispania in Italiam venit et Cacum, monstrum horrendum, necavit, qui pulcherrimos boum rapuērat.*

## PRIMA E SECONDA CONIUGAZIONE REGOLARE ATTIVA

### Esercizio 33.

1. *Facile omnes, cum valēmus; recta consilia aegrōtis damus.* — 2. *Secreto (= in segreto) amicos admōne, lauda palam.* — 3. *Plus apud nos ratio valeat atque impēret quam vulgi opinio.* — 4. *Historici omnes ignorant quo anno Graeci Troiam expugnaverint atque delevērint.* — 5. *Natando et equitando iuvēnes corpōra exercebunt atque firmabunt.* — 6. *Haec tacēre non possum, nam; si tacērem, omnes me timidū iure putarent.* — 7. *Pyrrhus exercitum Romanum non superavisset, nisi specie atque magnitudine elephantorum milites terruisset.* — 8. *Maeren-tibus solacium praebēte, errantibus viam monstrate.* — 9. *Fuisse tempe-rantem, omnes cupiditates continuisse praeclara laus est.* — 10. *Cato censebat Romanos imperium diu servatiros non esse, nisi Carthaginem funditus delevissent.* — 11. *Vergilius in secundo Aeneidos libro diffuse narrat quem dolum Graeci adhibuerint ut Troiam expugnarent.* — 12. *Dux nemini parēto, sed non minore curā milites quam se ipsum servato.*

## Esercizio 122.

(Complementi di abbondanza e di privazione)

1. *Capua optimorum civium multitudine redundabat.* — 2. *Dux commeatu, stipendio, armis aliisque utilibus rebus naves oneravit.* — 3. *Hannibal complūres amphōras implēvit plumbo, summas (= alla sommità) (eas) operuit auro atque argento.* — 4. *Romani Octavianum accepērunt, spoliis Orientis onūstum.* — 5. *Maiores nostri rem publicam agris, urbis, gentibus auxērunt.* — 6. *Popīna erat aleatorib⁹ referta, plena ebriōrum.* — 7. *Miltiādes hostium urbem operibus clausit atque omni commeātu privavit.* — 8. *Credo misēram fuisse Penelōpam, quae tam diu viro suo caruit.* — 9. *Natura parvis et paucis rebus eget.* — 10. *Pericles intra quadrūnum (= in quattro anni) duobus eximiae indōlis filiis orbatus est.* — 11. *Marcelli, Scipionis, Mummii domus signis (statue) et tabūlis pictis erant vacuae.* — 12. *Vir sapiens perpaucis indīget rebus et omni aegritudine animi vacat.*

## Esercizio 124.

(Perfetti in -si)

Imparare a memoria i paradigm dal n. 44 a 61.

1. *Servio Tullio puer dormienti caput arsit.* - 2. *Timothēus, Cōnōnis filius, a patre acceptam gloriam multis auxit virtutibus.* - 3. *Aparuit repente, deo similis, Aenēas, et in clara luce refulsit.* - 4. *Piscātor, ubi (= appena) demisērat hamum, quidquid haesērat, extrahēbat.* - 5. *Lucium Iunium Brutum matronae Romanae ut parentem luxerunt.* - 6. *Iuppiter hic (= allora) risit, tempestatesque (= e i cieli) serenae riserunt omnes risu patris omnipotentis.* - 7. *Legati promiserunt socios omnia facturos esse, quae consul iussisset.* - 8. *Spero vos, cives, semper in hac sententia mansūros esse, in qua adhuc haesistis.* - 9. *Numquam vir fortis erit ille, cui in pueritia parentes nimium indulserint, cui mater sollicita omnes lacrimas absterserit.* - 10. *Tragūla ab hoste contorta scutum ducis transfixit atque eius latēri haesit.*

## Esercizio 88.

(I composti di « fero »)

1. *Senectus, quamvis non sit gravis, tamen aufert vires.* - 2. *Colles affērunt umbram vallibus.* - 3. *Postquam aurum abstulimus, in navem concendimus.* - 4. *Minos, Cretensium rex, Atheniensibus bellum intulit.* - 5. *Divitias fortuna auferre potest, virtutem et doctrinam nemo abstulit nec unquam auferet.* - 6. *Nero coronam, a iudicibus ad se delatam, ad Augusti statuam ferri iussit.* - 7. *Sacerdos ambas palmas ad caelum sustulit.* - 8. *Meneclides quidam, adversarius Epa-minondae, hortari solebat Thebanos ut pacem bello anteferrent.* - 9. *Aegeria nympha ob dolorem amissi Numae in lucum Aricīnum (= di Aricia) se contulit.* - 10. *In Aquitania salmo fluviālis marīnis salmonibus praeferitur.* - 11. *Libros, quos servus tuus mihi attulit, referam tibi.* - 12. *Confer nostram longissimam aetatem cum aeternitate: brevissima reperiētur.* - 13. *Nullum laborem recūsant manus, quae ad arma ab aratro transferuntur.* - 14. *Cimon complures pauperes mortuos, qui unde efferrentur (= con che essere seppelliti) non reliquerant, suo sumptu extulit.* - 15. *Sublātā benevolentia, amicitiae nomen quoque tollitur.*

## Esercizio 80.

(Coniugazione perifrastica attiva)

1. Bellum scripturus sum, quod populus Romanus cum Iugurtha, rege Numidarum, gessit. - 2. Domum tuam venturus eram, cum subito saeva tempestas coorta est. - 3. Agricolae, cum evolatūrae sunt apes, iaciunt in eas fumum et circum tinniunt, ut eas retineant. - 4. Qui empturus erit equum, stultus erit si inspexerit frena et habēnas atque inspicere neglexerit equi crura. - 5. Antequam aliquem aggrediāris, cogita quem aggressurus sis. - 6. Orator, quamcumque causam erit tractaturus, eam diligenter cognoscat. - 7. Cum Caesar in hostes impētum facturus esset, legati ad eum venerunt pacem petītum. - 8. Helvetii frumentum omne combūrunt, praeter (= eccetto) quod secum portaturi erant. - 9. Grues, cum migratūrae sunt, in unum locum conveniunt.

## Esercizio 71.

(Fruor, fungor, potior, utor, vescor)

1. Vita longa est, si eā uti scimus. - 2. Commōda, quibus utimur, lucem, qua fruimur, Deus nobis largitus est. - 3. Rex Polydōrum obtruncavit ut vi potirētur divitiis eius. - 4. Cum lupus collum canis catenā detritum vidisset, exclamavit: « Fruere, canis, vitā istā, quam laudas, ego cibo tuo vesci recūso, ut liber sim ». - 5. Qui lacte et casēo vescitur, optima valetudine fruētur. - 6. Diu cum pugnatum esset, milites nostri impedimentis castrisque potiti sunt. - 7. Qui adipisci veram gloriam optat, iustitiae fungātur officiis. - 8. Pisistratus, quamvis vi rerum potitus esset, tamen sua potestate numquam perverse usus est. - 9. In pugna navalī non omnes milites eādem alacritate usi erant, qua in pedestribus proeliis utebantur. - 10. Aristoxēnus dicit nullo cibo Pythagoram saepius usum esse quam fabis. - 11. Oportet (= Bisogna che) bona valetudine fruātur ille, qui publicis muneribus (uffici) fungi debet.

## Esercizio 84.

(Coniug. perifrastica passiva)

1. Nobis contemnendae res humanae sunt, neglegenda mors est. - 2. Vires nostrae cum rebus, quas temptatūri sumus, comparandae sunt. - 3. Cras nobis proficiscendum erit, etiamsi saeviant venti. - 4. Vir sapiens discit non solum quid sibi vitandum sit, sed etiam quid sit faciendum. - 5. Stoici censem hominibus semper honestatem utilitati anteponendam esse. - 6. Cum sedes Germanis relinquendae essent, omnia frumenta, quae erant in agris, flammis delevērunt. - 7. Cum omnibus hominibus moriendum sit, mors aequo animo nobis oppetenda est (oppēto = affronto). - 8. Multis de causis Caesar statuit sibi flumen Rhenum transgrediendum esse. - 9. Censō nobis omnia patienda esse ne serviāmus.

## PRONOMI

N. B. — Diamo qui un riepilogo abbastanza ampio dei principali pronomi; avvertendo che quei Colleghi che non avessero potuto svolgere una trattazione completa di tutti i pronomi nel 1º anno, possono riprendere il vol. I di esercizi, dove troveranno materiale abbondantissimo.

### Esercizio 23.

(Pronomi personali, possessivi, dimostrativi)

1. *Filius tuus, se ad pedes meos prosternens, lacrimis te mihi commendabat.* — 2. *Dux ad se principes arcessivit, quibuscum consilium tenuit.* — 3. *Adduxi tecum ad vos Lucilium, optimum adulescentem.* — 4. *Grata mihi vehementer est memoria vestrum omnium.* — 5. *Homines leves tum (= ora) hoc, tum illud dicunt; nunc sunt huius rei cupidi, nunc illius.* — 6. *Huic sententiae omnes maiores natu adversi erant.* — 7. *Difficile est in omni vita eundem semper vultum, eandem servare frontem.* — 8. *Vir sapiens non umbram virtutis, sed virtutem ipsam appetit.* — 9. *Cives eiusdem civitatis iisdem legibus obtemperant, eadem habent iura eosdemque mores.* — 10. *Regum ipsorum vita non semper est felix.* — 11. *Exsules patriam suam amant et semper eius desiderio flagrant.* — 12. *Aquilae plenumque nidum suum ponunt in rupibus altis; itaque earum pullos nemo attingere potest.*

### Esercizio 106.

(*Coepi, coeptum, coepisse*)

1. *Postquam Epaminondas pugnare cum Lacedaemoniis coepit, acies hostium inclinata est.* — 2. *Labienus desinit de pace loqui atque altercari cum Vatinio incipit.* — 3. *Cum ver esse coepérat, Verres se itineribus dabat.* — 4. *Oracula evanuérunt, cum homines minus creduli esse coepérunt.* — 5. *Taurus mons propter nives ante mensem Iunium transiri non potest.* — 6. *Cum hostes intra moenia repulsi essent, dux oppugnationem urbis incēpit (e non coepit).* — 7. *Decem milia Graecorum post mortem Cyri neque armis neque dolo capi potuérunt.* — 8. *Xerxes bellum a Darēo patre adversus Graecos coeptum perēgit.* — 9. *Incipe, parve puer, risu cognoscere matrem (verso di Virgilio).*

### Esercizio 82.

(Coniugaz. perifrastica passiva)

1. *Iuvenibus exempla maiorum imitanda sunt et semper ante oculos habenda.* — 2. *Lex iubet quae hominibus facienda sunt, prohibet quae facienda non sunt.* — 3. *Titurius Rufus mihi omni diligentia est tuendus.* — 4. *Medico diligenti non solum morbus aegroti, sed etiam natura corporis eius cognoscenda erit.* — 5. *Causa, quam suscepistis, vobis erat defendenda omnibus viribus.* — 6. *Hominibus magis timenda erunt inimicitiae occultae quam manifestae.* — 7. *Quae nobis facienda erant, fecimus.* — 8. *Vobis non solum deliberandum est (impers.; perché delibero; trans., non ha l'ogg.), sed etiam agendum.* — 9. *Hominibus contra incommoda senectutis pugnandum est, tamquam contra morbum.* — 10. *Omnibus, sive fuerimus divites, sive pauperes coloni, moriendum erit (intrans.).* — 11. *Ut principatum Graeciae consequamur; nobis utendum est (impers.; perché utor non regge l'acc.) castris; non palaestrā.* — 12. *Diligentia in omnibus rebus plurimum valet; haec nobis semper colenda erit, semper adhibenda.*

**Esercizio 102.**  
(I composti di « facio »)

1. *Thrasybūlus a barbaris noctu in tabernaculo interfactus est.* —
2. *In balnēis calefit aqua fornacibus.* — 3. *Corpus nostrum tenuissimā saepe de causa conficitur.* — 4. *Adventu tuo ista subsellia vacuefacta sunt.* — 5. *Tantum cibum sumendum est, ut corporis vires reficiantur, non opprimantur.* — 6. *Victoriae nuntio allato, senatus decrevit ut omnium templorum aditus patet.* — 7. *Multa aedificia in hac urbe refici aut perfici debent.* — 8. *Non omnia animalia mansuefiēri possunt, sed quaedam, mansuefacta, hominibus fidelissima fiunt.* — 9. *Sermone confecto, Catulus remansit, nos ad naviculas nostras descendimus.* — 10. *Sanguine tellus madefacta tepēbat.* — 11. *Nihil est, quod studio et benevolentia, vel potius amore effici non possit.* — 12. *Suebi, a pueritia nulli officio aut disciplinae assuefacti, nihil omnino contra voluntatem facere solebant.* — 13. *Hoc responsum ab oraculo datum erat: si rex Atheniensium in proelio interfactus esset, victrices Athenas fore.*

**PRIMA CONIUGAZIONE DEPONENTE**

(Grammatica; paradigma, pag. 152)

**Esercizio 61.**  
(1<sup>a</sup> coniugazione deponente)

1. *Haec natura multitudinis est: aut servit humiliter aut superbe dominatur.* — 2. *Eos hortor semperque hortabor, ut vitia aspernentur ac virtutem consequentur.* — 3. *Admirare atque imitare, fili mi, praeclara maiorum exempla.* — 4. *Cornibus tauri, apri dentibus, morsibus leones se tutantur.* — 5. *Si rerum caelestium ordinem ac pulchritudinem contemplati eritis, sapientiam Dei admirabimini.* — 6. *Caesar milites hortatus est, ut hostium castra expugnare conarentur.* — 7. *Priusquam quicquam conemini, diu meditamini.* — 8. *In omnibus rebus fortuna dominata est, dominatur semperque dominabitur.* — 9. *Magnitudinem animi tui semper admirati sumus et eam imitari conati sumus.* — 10. *Dux, cum aliquot dies in hibernis commoratus esset, equites misit ut loca finitima specularentur.*

**Avvertenza**

Gli avverbi di luogo terminanti in **-cumque**, come **ubique**, **quocumque**, **undecumque**, **quacumque**, i cui corrispondenti in italiano reggono il verbo al modo congiuntivo, in latino si costruiscono con l'indicativo.

Es.: Dovunque tu tenda. = *Quocumque tendis.*

**Esercizio 160.**  
(Avverbi di luogo)

1. *Sparta non est lapidibus circumdata: ubi viros habet, ibi habet muros.* — 2. *Aer afflens huc et illuc ventos efficit.* — 3. *Hospes abiit illuc, quo priores hospites abiérunt.* — 4. *Pars caeli, unde sol oritur, oriens nuncupatur; quo demergitur, occidens.* — 5. *Hostes inter se summā vi contendunt: hinc spes, hinc desperatio animos irritat.* — 6. *Mane (da maneo) istic et meos nuntios ibidem exspecta.* — 7. *Hostes eodem, unde profecti erant, se receperunt.* — 8. *Hasdrubal eadem, quā Hannibal transierat, in Italiam vénit.* — 9. *Ubiunque es, noli oblivisci patriae.* — 10. *Quocumque nos fortuna ferat, ibimus o socii comites tuae.*

Si dicono **causalì** quelle proposizioni dipendenti che spiegano la **causa**, il motivo di quanto è detto nella proposizione reggente.

In italiano le proposizioni causalì possono essere *esplicite* o *implicite*. Le *esplicite* sono introdotte dalle congiunzioni « *perché*, *poiché*, *giacché*, *siccome* » o dalle espressioni « *dato che*, *dal momento che* », ecc. e hanno ordinariamente il verbo all'indicativo.

Le *implicite* sono espresse con un *gerundio* semplice o composto, o con *per* e l'*infinito*.

**Es.:**

Forma esplicita : **Poiché** ormai è notte, tornate alle vostre case.

Forma implicita : **Essendo** ormai notte, tornate alle vostre case.

In latino le proposizioni causalì sono introdotte dalle congiunzioni « *quod*, *quia*, *quoniam*, *quandoquidem* », col verbo all'indicativo o al congiuntivo e da *cum* col verbo sempre al congiuntivo.

**Es.:** **Quoniam** *nox iam est*, *in vestra tecta discedite*.

**Cum** *aegrōtus essem*, *proficisci non potui*.

### Esercizio 134.

(Proposizioni causalì)

1. *Parentes carissimos habere debēmus, quia ab iis nobis vita, res familiaris, libertas, civitas tradīta est.* — 2. *Ego — inquit leo — primam partem tollo, quia nomīnor leo.* — 3. *Quoniam haec de sapientia dixi, nunc de aliis virtutibus loquar.* — 4. *Lectus ita dictus est, quod prisci homines legebant (raccogliere), ut eum facerent, stramenta atque herbas.* — 5. *Dionysius Philoxēnum poētam in carcērem inclusit, quoniam versus suos iudicavisset (trad. coll'indic.) pessimos.* — 6. *Non te reprehendo, cum ego ipse istam reprehensionem non fugērim.* — 7. *Ab Anaximandro physico Lacedaemonii moniti sunt, ut urbem et tecta relinquērent, quod terrae motus instāret (trad. coll'indic.).* — 8. *Cum solitudo et vita sine amicis insidiarum et metūs plena sit, ratio ipsa nos monet amicitias comparare.*

### Esercizio 82.

(Coniugaz. perifrastica passiva)

1. *Iuvenibus exempla maiorum imitanda sunt et semper ante oculos habenda.* — 2. *Lex iubet quae hominibus facienda sunt, prohibet quae facienda non sunt.* — 3. *Titurius Rufus mihi omni diligentia est tuendus.* — 4. *Medico diligentι non solum morbus aegroti, sed etiam natura corporis eius cognoscenda erit.* — 5. *Causa, quam suscepistis, vobis erat defendenda omnibus viribus.* — 6. *Hominibus magis timendae erunt inimicitiae occultae quam manifestae.* — 7. *Quae nobis facienda erant, fecimus.* — 8. *Vobis non solum deliberandum est (impers.; perché delibero; trans., non ha l'ogg.), sed etiam agendum.* — 9. *Hominibus contra incommoda senectūtis pugnandum est, tamquam contra morbum.* — 10. *Omnibus, sive fuerimus divites, sive paupēres colōni, moriendum erit (intrans.).* — 11. *Ut principatum Graeciae consequāmur, nobis utendum est (impers.; perché utor non regge l'acc.) castris; non palaestrā.* — 12. *Diligentia in omnibus rebus plurimum valet; haec nobis semper colenda erit, semper adhibenda.*